ET SINE IPSO FACTVM, EST NIHIL

Sanctæ Matris Ecclesiæ omnia subiaceant disciplinæ.



Otoria, vt innotescat Vrbi, & orbi iniustitia, nullitates, & grauamina, ex præcipiti sacræ execrationis sententia, præter Sanctæ Matris Ecclesiæ mentem, Canonum, Concilijq; Tridentini dispositionem, stylum, iurisq; ordinem, Catholicis, pijs, obsequentissimisq; viris in causa Oeconomatus illata, ab asserto Vicario Generali Archiepiscopatus Mediolani, non ex animo composito, qualem Iudicem decet, sed, vt verbis D. Ambrosij vtar, *præmisso iudicio iracundiæ, furore, non ratione, sententiam proferentes*; Theodoreto hist. c. 18. Ambrosius lib. de Sancto Iosepho, cap. 13. & lib. 11. Ecclesiast. Histor. Rufin. cap. 18. c. ira, c. cum apud 11. quæst. 3. cap. plerumq; 88. 24. quæst. 3. *Charitate non austeritate, Pastores non percusores:* Trid. sess. 23. cap. 1. Hanc per ora, & per manus hominum facti seriem, iurisq; fundamenta in veritatis, & iustitiæ gratiam, euulgari placuit. Ordinatè procedendo.

Primo Oeconomatus firmitas, & processus, summatim indicabitur.

Secundo, Præcipuum munus ipsius in custodiendis fructibus consistere.

Tertio, An sit differentia in ordine ad apprehensionem fructuũ inter Cathedralem, & reliquas Ecclesias.

Quarto, Possessorium discutietur.

Quinto, Oeconomi Regij solius quale sit exercitium.

Sexto, Iniustitia, & nullitates excommunicationis, panduntur.

Principalis Oeconomatus vsus, & origo antiquiora vetustatis monumenta superat, assertionis non leue symbolum in Iustinianeo Cod. ab anno Christi 470. Imperatorum Leonis, & Anthemij, Consulibus Ioanne, & Seuero, superstat, l. iubemus 14. de sacros. Eccles. & Iustiniani ad Epiphanium

Archie-

Archiepiſcopum, & Patriarcam Conſtantinopolitanum, in nouela 8.

Mediolani Duces hunc Magiſtratum inter alios creaſſe, & habuiſſe, ex ipſorum reſcriptis conſtat, anno 1451. 7. Septembris 1469. 12. Iunij 1474. vltimo Octobris 1475. 28. Aprilis, & 25. Iulij. & 1480. 30. Auguſti, datis tum ad Oeconomos ſuos, tum ad alios, in quibus de ſuis Oeconomis egerunt.

Hoc etiam iure vſum fuiſſe Ludouicum XII. Francorũ Regem (qui Ducatum Mediolani ocupabat) conſtat ex actis ipſius anni 1501. 24. Iunij, 1505. 29. Septembris, 1509. 10. Decembris, 1510. 7. Septembris, 1511. 10. Ianuarij. 24. Maij, & 17. & 18. Iunij, & anno 1512. 15. & 28. Ianuarij, in quibus etiam de ſuis Oeconomis agitur.

Hoc etiam iure vſum fuiſſe Ducem Maximilianum Sfortiam, patet ex ipſius Ducis litteris, datis ad eius Oeconomum anno 1514. die 20. Maij.

Hoc etiam iure vſum fuiſſe in hoc Dominio Franciſcum I. Francorum Regem, conſtat ex geſtis per Regios Oeconomos in hoc Dominio eius temporibus, nempe anno 1515. 25. Septembris, 1517. 16. Martij, 16. & 24. Aprilis, 16. & 20. Maij, & 22. Auguſti, & 1521. 7. Auguſti, & 14. Nouembris.

Hoc etiam iure vſum fuiſſe Ducem Franciſcum II. conſtat ex edicto Iacobi Stampæ Oeconomi 1522. 16. Iunij; ex litteris datis ad ViceOeconomum Cremonæ anno 1525. 28. Iulij, Ex electione Oeconomi à Duce facta anno 1525. 10. Aprilis, & 1527. 23. Nouembris; & ex geſtis ab eiſdem Oeconomis anno 1525. 13. Maij, 12. Iunij, & 14. Auguſti, & anno 1526. vltimo Decembris.

Hoc etiam iure vſos fuiſſe ijſdem temporibus Cæſaris Miniſtros in hoc Dominio, cõſtat ex litteris Antonij Leyuæ ad Oeconomum datis anno 1527. 8. Maij; Ex electione Oeconomi facta ab eodem Antonio Leyua, & anno 1528. 28. Maij; ex edicto ipſius Antonij Leyuæ, & Ducis Franciſci II. publicato in hac materia ab ipſo Oeconomo anno 1528. 1 1 Iunij, & ex geſtis ab eius Oeconomo anno 1529. 13. Auguſti.

Et

Et hic fuit primus ſtatus Oeconomi in Dominio Mediolani, qui à ſolo Duce Mediolani eligebatur.

Anno 1529. 23. Martij Clemens VII. eo prætextu, quod beneficia Sedi Apoſtolicæ reſeruata, & eorum bona, & fructus vſurparentur; cogitauit de eligendo, quo ad hæc, Oeconomo Pontificio, prout elegit Iacobum Picenardum, qui erat Conſiliarius à Secretis rerum Eccleſiaſticarum ipſius Ducis Franciſci II. & litteris ſuis egit cum eo, vt eundem ſuum Oeconomum eligeret, prout eum elegit dicto anno 1529. die primo Aprilis, cum ſolita authoritate priſcis Oeconomis ab ipſo, & alijs Ducibus conceſſa.

Qua in re, ſi factum inſpiciamus, idem erat Oeconomus authoritate Pontificia, & Ducali ſuffultus, ſed vti electus à Summo Pontifice habebat authoritatem limitatam ad beneficia Sanctæ Sedi reſeruata, vti autem à Duce electus, habebat authoritatem generalem circa omnia, & quæcumq; beneficia huius Dominij; Si autem voluntatem tùm Clementis VII, tùm Ducis Franciſci II. attendamus, conſtat Clementem VII. noluiſſe Ducalem Oeconomum extinguere (quod ei facillimum erat, cum eo tempore Dux Franciſcus in maximas ærumnas verſaretur, quas anno 1530. 2. Ianuarij, inſtante ipſo Clemente VII. pro eo apud Cæſarem in fœdere Bononienſi ſuperauit) ſed quidèm voluiſſe eum conſeruare, imo cenſuiſſe expedire, ſuum Oeconomum non ſolum Pontificia, ſed etiam Ducali authoritate vti; Ducem verò Franciſcum II. conſenſiſſe quidem, vt nouus Oeconomus à Pontifice eligeretur, & vt eadem perſona Oeconomi tùm Pontificij, tum Ducalis fulgeret authoritate; In cæteris noluiſſe ſui Oeconomi officium, & authoritatem minuere, ſicq; vnum eſſe Oeconomum, ſed duplicem Oeconomatum, & vnumquemq; ſuo iure, & ſua authoritate munitum.

Hocq; iure ipſe Dux Franciſcus, Carolus V. Cæſar, & Hiſpaniarum Reges hactenus in hac prouincia vſi fuere.

Ex hac vnitate perſonæ Oeconomi, & eius duplici iure, & authoritate, variæ ortæ fuerunt controuerſiæ inter Eccleſiaſticos, & Regios Miniſtros; Eccleſiaſtici enim, neglecta Principis laici electione, omnem authoritatem Oeconomi

à dispositione litterarum Summi Pontificis metiri contendunt; Ministri autem Regij, quod attinet ad Oeconomatū Pontificium non restiterunt; At quod attinet ad Regium Oeconomatum, eius authoritatem à dispositione litterarū patentium Ducum Mediolani, & Regis, metiendam esse contenderunt; Tandemq; in concordia inita die 11. Iunij. anni 1615. inter Paulum V. Pontificem Max & Regem ipsum conuentum fuit in hæc verba.

Circa officium Oeconomatus tollantur abusus Oeconomi, prout de eis constiterit.

Cum autem dictum fuit, *officium Oeconomatus*, debet intelligi de Oeconomatu Regio; de Pontificio enim, cum ad Regios Ministros non pertineret, ipsi non contenderunt.

Cum vero d. fuit *tollantur abusus Oeconomi*, constat, non actum fuisse, de Oeconomatus Regij iuribus diminuendis, sed de prouidendo, ne Oeconomus sua authoritate abuteretur.

Cumque postremo dictum fuit, *tollendos abusus Oeconomi, prout de eis constiterit*, constat etiam, omnia ante illam diem per Ecclesiasticos attentata posthabita fuisse, & circà abusus Oeconimi, an extent, nec ne, rem indecisam relictam.

De huius officij iuridico fundamento, & firmitudine latè diseruerunt amplissimi Senatores Camillus Trottus, Papirius Cattaneus, Paulus Raudensis, Gaspar Turrianus, Marcus Antonius Montius, & Don Franciscus Arguis, & vltrà eos tunc Prætor Alexandriæ Michael Turrianus.

Ad Secundū his generaliter de antiquitate, & progressu Oeconomatus præmissis ad principale ipsius munus accedendo, hoc in apprehensione custodia, & protectione beneficiorū, & Ecclesiarum vacantium in Ecclesiæ, & successoris gratiam, & vtilitatem consistere, ex ipsius, vel solæ vocis notatione deprehenditur, Isidorus Hispalensis epistola ad Lanfredum Cerda lib. aduersariorum c. 103. l. iubemus, C. de Sacros. Eccles. l. omnem 42. §. post mortem, §. & ipsos, C. de Epis. & Cler. c. general. de elect. in 6. 12. quæst. 2. fere per totam quæstionem, c. quia in quibusdam 89. distinct. c. cum nos de offic. ordi. Concil. Trid. sess. 24. c. 16. Speculus lib. 1. ff. de his qui Eccles. nom. §. 1. num. 5. vers. *Oeconomus*

nomus Ratio est, *quia ea, quæ in nullius bonis sunt, ratione naturali occupanti conceduntur* l. quod 3. de adquir. rerum domin. & licet *res sacræ, religiosæ, & Sanctæ*, quoad dominium in nullius bonis esse intelligantur, sed solius numinis §. nullius instit. de rer. diuis. Quo ad custodiam verò, & administrationem necesse est vt alicuius earum cura diligentiæ committatur; Differentiam tamen constituere oportet inter sacra Deo dicata, & temporalia, quæ sacris inseruiunt: quædam nam mediatè, quædam immediate Diuino cultui ancillantur. Duplici ratione huic occupationi, & deprædationi, dignitatum, & beneficiorum bona subduntur; Prima quia non successione, sed electione obtinentur; Secunda, quia canonica institutio præcedere debet, ex quibus à morte præcessoris, vsq; ad ingressum legitimi successoris bona derelicta vacare contingit; Hinc effectum est, vt non secus ac in interregno, & hæreditate (Iuris fictione) eorũ custodiæ, & tuitioni Oeconomus, seu Chimiliarcha præficiatur, qui Ecclesiasticorum bona interim defendat, gubernet, &, vt probus familias pater, administret sub bona Oeconomia, ex quo nomen indictum Oeconomi, quod inuit Concil. Trid. sess. 24 c. 16. ibi *fideles, ac diligentes*.

Is vero Princeps est, & Mediolani, siue quia temporalia Ecclesiæ curæ non sunt, sed spiritualia, c. te quidem 29. 11. quæst. c. duo sunt 96. distinc. l. 32. §. 4. ff. de arbitris l. generaliter 52. C. de Epis. & cler. Nouel. 133. c. 6. c. humanum, c. cum ad verum 58. distinct.

Siue quia ad Principem Ecclesiarum protectio, & conseruatio spectat, eidemq; iniuncta fuit, Isidorus 3 senten. de summo bono c. 53. ibi *eorum potestati suam Ecclesiam credidit* c. 20. 23. q. 5. c. boni Principis 96. distinct. c. filijs vbi glos. 16. quæst. 7. Paulus III. in bulla, præf. Concil. Trid., & sess. 29. c. 20. vbi tutores Ecclesiæ dicit. Petrus Gregorius lib. 1. de rescript. c. 19, num. 4. Boss. de crimin. læs. Maiest. nu. 88. sola ad decreta Sabaudiæ tit. de off. adu. & procur. Fis. glo. 7. Soarez lib. 4. aduersus Regem Angliæ c. 14. num. fin. Aeneas Robertus rerum iudic. lib. 3. c. 1., Const. Mediol. §. erit quoq; de offic. Vic. Prouis. Franciscus Arias de

bello sub num. 143. Bouadilla polit. 2. c. 18. num. 296.

Siue quia temporalia bona Ecclesiæ à liberalitate Principis proueniunt, & in suo sita sunt territorio, l. bene à Zenone: versiculo quia igitur C. de quadrieni præs. Clarus quæst. 38 num. 18. Farinac. quæst. 28. num. 26. Roman. cons. 361. nu. 1. per totum in c. sane, c. fin. de foro compet. l. fin. C. vbi in rem actio, facit Hostiens. in summa de elect. vers. quod possit, Rheriatus Chopin. Monast. lib. 1. num. 22. vers. quinimo cart. 136.

Siue quia omnia bona vacantia ex supremi Imperij vi, & potestate ad Principẽ spectant, c. generali, vbi glos. in princ. & casus positione de electione in 6. tit. C. de bonis vacant. tit. quæ sint regalia, licet in territorio immediate alij supposito vacent l. 1. C. de bonis vac. Alberic. in l. 1. C. de vsufruct. Boss. tit. de regalib. num. 19. & tit. de bonis vac. nu. 13. & tit. de pœnis num. 33. Rose. de feudis cap. 5. cons. 52. nu. 4 in fin. Afflict. tit. quæ sint Reg. verbo bona vacantia Bouadilla 2. polit. c. 16. num. 216. Rugiaell. pract. c. 46. nu. 82. Gutierez 2. cano. c. 10. num. 17.

Siue quia in hoc Principem inseruire Ecclesiæ pium est decorum, & necessarium, vt deprædatores ipsius deterreantur potentia, aliter ipsi cogerentur Ecclesiastici principale auxilium implorare, c. Princeps, c. res autem, c. incestuosi, c. Regum 23. q. 5. Thesaur. vbi proximè, Tapia ius regni lib. 1. tit 2. const. peruenit à num. 2. Amadeus de Ponte, tract. quis sit Iudex feud. vers. sed & alia ratione, Lapus alleg. 78 num. 18. Tuscus conclus. 386. litt. C. num. 42.

Siue quia casu quo electus vel suspectus sit, vel non subditus, vel alias insufficiens, & Princeps opponere, & obsistere electioni velit, ad c. nisi cum de renuntia §. pro graui, vbi Innocentius c. Dei timor vbi scribentes de statu Monachorũ c. ordinationis 1. quæst. 1. c. cum terra 14 de electione, oppositio non sit inefficax, apprehendente possessionem clerico antequam Princeps iuxta cap. cum teneam. de præbendis, impugnet collationem: quod in grauissimum reipublica damnum cederet, quia prædicatione, confessione, & authoritate plurimum Ecclesiastici pollent, experitur

Gallia,

Gallia, & apud Belgas non leue testimonium præbet, Enslli in sua Historia, & Conestachius lib. 4 apud Hispanos, prout ex Regio edicto quem ad litteram refert Molina de Hisp. primog. lib. 4. c. vltimo, non decet sub prætextu religionis rempublicam in detrimentum afferre.

Siue quia is est Italiæ mos apud omnes fere Principes seruatus, Ioannes Andreas col. 2. Archid. sub num. 1., Butrius Geminianus col. 2. Anchar. sub num. 6. in c. generali de elect. in 6. Specul. tit. de Sede vacante num. 6. Angel. cõs. 231. Thesaur. decis. 131. & 143. num. 2. Alciat lib. 1. cons. 24. a num. 1. Couar. pract. c. 35. vers. sic etiam. Ioan. de Selu. tract. de benef. 2. par. quæst. 23. num. 37. in fine. Peregr. decis. 145. a num. 17. Carolus de Grass. de Regal. Fran. Iur. c. 20. March. decis. 552. Faber. in C. tit. de prohib. sequestr. dif. 3. & 53. Vulpel. de lib. Eccles. par. 1. nu. 23. Monald. cons. 109. num. 1. Corset. de potest. Reg. q. 56. argument., Crauet. cons. 258. num. 8.

Siue quia eodem iure vtitur Gallia, Renat. Choppi. lib. 2. Domanij cap. 7. num. 2. in fine cuius pars fuit Insubria, Galliæ nomine compellata, Carol. de Grass. de Reg. Franciæ, iure 20. Duaren. lib. 3. de Sacr. Eccles., Boter. lib. 15. Rhenat. Coppin. in polit. Eccl. & Monast. lib. 2. num. 7. pag. 311. 312. Aeneas Robert, rerum iudic. lib 3. c. 1.

Ex his vel simul iunctis, vel sigillatim distinctis, Oeconomatus in hac Prouincia originem sumpsisse credere est.

Siue quia inuasores rerum Ecclesiasticarum Sacrilegi habentur, c. conquestus 16. de foro competenti, & de crimine sacrilegij de iure laicus cognoscit, & punit l. si quis in hoc genus C. de Ep. & Authenti. de Sanctiss. Ep. §. si quis cum col. 9. c. cum sit generale vbi DD. de foro compet. & de consuetudine particulari Status Mediol. testatur. Clarus quæst. 37. num. 7. & quæst. 38. num. 18. & remissiue §. sacrilegum nu. 3. vbi dicit laicum solum procedere Bouadilla 2. polit. cap. 17. num. 82. prout in Regno Neapolit. Baiard. ad Clar. d. quæst. 36. num. 51. & Francia Rebuf. tract. quando sęcularis num. 32. in fine Renat. Chopp. de Domanio; de iuribus vero consuetudinis hæsitari non potest. Tuscus cõclus. 446. num. 45. tit. 1. Salazar de vsu, & cons. c. 8. num. 15. & 19.

tex. in c. 1. de consuetudine in 6.

Tandem possit considerari alia ratio vtilitatis ipsorum electorum ad beneficia, & dignitates quia fraudatis fructibus, electis, dificilimum esset reclamare contra eos à quibus beneficia accepere. quod secus se habet in Regio Oeconomo.

Ad tertiũ, hæc vacantiũ Ecclesiarum apprehensio absq; vlla distinctione Cathedralium, seu Parrochialiũ, & ante vnionem Oeconomatuum, & post, & ante Concil. Trident. processit, declarante optima legum interpræte subsequente obseruantia, veteris continuatiua possessionis. Grauior verò huius articuli difficultas in dubitandi ratione assignanda versatur; Nam si Principem inspiciamus, signanter Cathedraliũ Ecclesiarũ patronatus ei quoad protectionẽ indicitur c. boni principis 96. dist. Thesaur. d. decis. 131, n. 12. Io. de Selu. d. par. 2 q. 23 n. 52. Renat. Chopp. 2. Dom. 1. 8. n. 9. quod & Basilicæ nomẽ, indicat: idque suadet maioritas, vbi enim maius periculum vertitur, cautius est agendum. Cur enim deterioris conditionis futura est Cathedralis Ecclesia, & eo destituenda auxilio, quo minores proteguntur? Quid refert minora curare, si maiora negliguntur? Præterea ex hac differentia reliqua iura regalia non leuiter turbarentur, contentionibus inter vtranque potestatem de facili suscitatis, quibus ægrè insueta alia via occurritur. Nam si difidentem contingat Episcopum creari qui plusquam Parrochus nocere posset (quod ob Pontificiam prouidentiam non euenit) consultum non erit Principi. Si Concilij Tridentini sanctionem 24. sess. inspiciamus, loquitur, & de quacunque Ecclesia, & Cathedrales complectitur, ibi *capitulum Sede vacante post mortem Episcopi*. Si ergo agens de capitulo Cathedrales amplectitur, clarum est de eisdem agere excipiendo, nam exceptio necessariò debet esse de regula, in hunc modum concepta fuere verba Concilij (*Capitulum sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit Oeconomum vnum, vel plures fideles, ac diligentes decernat, vbi,* aduerbium loci est, latine loquentibus, vbi terrarum, vbi gentium. Virgilius lib. 1. Aeneidos: vbi Aeacidę telo iacet Hector. l. exigere de Iudicijs l.

2. §.

2. §. confestim ad Tertulianum. l. quod nisi, de oper. libert. Solorçono latè de iure indiarum lib. 1. cap. 14. num. 16. superfluo, absq; effectu à Sanctis, & oculatissimis patribus fuissent addita illa verba, cũ absque eis clara res esset, vt ex orationis contextu liquet eis prætermissis, *Capitulum sede vacante Oeconomũ vnum &c.* nec *vbi* pro *quando* legi salua syntaxi potest (licet hoc sensum germanum non turbet) cum præcedat verbum illud *sede vacante*; quo tempore fructuum percipiendorum ius competit, & illa verba: *vbi ei munus incumbit:* quæ satis clarè ius, & facultatem significant, & ideò hæc esset superuacua repetitio, verba autem frustra à DD. Patribus apposita vix credibile est, imò necessario, quia aderant legati Principum, & notum erat Concilio, hoc iure plures Principes, vti solitos, quorum iura salua esse voluit sess. 24. c. 9. de refor. sequendo in hoc Gregorij vestigia in Concilio generali Lugdunensi, qui in simili sanctione de Oeconomatu agens excipit, *qui ex locorũ fundatione, vel ex antiqua consuetudine iura sibi huiusmodi vendicent*, c. generali, §. fin. de elect. in 6. c. præsenti, ibi. *vel consuetudine iam præscripta:* de officio ordi. c. 1. de consuetudin. in 6. prout sunt hodie salua, quæ obseruantia antiqua huius, & aliarum Prouinciarum Concilij mentem verbis conformem indicat; antiquior enim interprætatio firmior habetur, & ob antiquitatis venerationem, & quia viuentibus, & non reclamantibus conditoribus processit; Durum enim esset, recentem interprætationem, & si verba dubia essent, antiquę, & vsitatę præferre, nisi euidens id, vel error, vel ratio suadeat; est, & alia iuris ratio quam, & saluã esse Concilium voluit, quia capitulum in subsidium solum deficiente Oeconomo administrat c. illud 12. q. 2. vbi gl. verbo Oeconomo c. quoniam distinct. 75. vbi, & gl. verbo Oeconomum Abbas in c. benememoria nu. 11. de appell. Imola in c. cum vos in nu. 8. de officio ordi. Ecclesiæ verò appellatione, cathedrales comprehendi, & analogi natura suadet, qui pro famosiori significatu accipitur. §. sed ius quidem ciuile de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. ff. de off. præf. vrbis, & fauor, nam in fauorabilibus Cathedrales Ecclesię

appellatione significantur c. quamuis 4. §. quamquam de præb. nu. 6. vbi DD. Abb. in c. cum super de sepult. not. 2. (fauor, in defensione, cura, & protectione inest) & ex diplomatibus videre est, in quibus verba illa *quarumcunque Ecclesiarum* leguntur, & in c. generali de elect. in 6. quæ; & Parochiales, & Cathedrales amplectuntur, Felin. in c. in nostra nu. 40. vers. fallit. 7. de rescript., Rot. decis. 233. à num. 5. in nouissimis; idq; Iustinianus anno Domini 528. Atarbio præfecto prætorio rescripsit, his verbis: *post mortē, Deo amantissimorum Episcoporum iubemus vt pro tempore illarum Ecclesiarum Oeconomi rationes reddant earum, quæ ab illis relictæ sunt, rerum, idq; Sanctissimis Ecclesijs proficere, quod ex nostra lege eis dabatur*. l. omnem 42. de Epis. & Cler. additur preterea hanc distinctionem non prouenire à lege, quæ indifinite loquitur ergo, nec nos distinguere debemus: Nec obstat quædam prætensa declaratio facta à Sanctiss. Clemente 8. quia his fuit concepta verbis, *pro nunc*. & quia Sanctitas sua, instante Excellentiss. Duce de Sessa tunc Suæ Maiestatis legato, eam irritauit, promitens, se nihil, non obstante declaratione, innouaturum prout patet ex relatione Perill. DD. Senatorum Polli, & Rouidij, Egregijq; D. Fiscalis Quintij, & ex litteris eiusdem Regij Legati, de quibus prouidè anno 1603. die 20. Octobris respondens ad ea quę proponebantur ad 15. caput concordię Suæ M. rescripsit, vt sequitur.

C. 15.

Circa Occonomum nihil statuendum, & recuperentur litteræ originales.

Senatus.

Dictum fuit, vbi addatur, seu apponatur huic capiti concordia clausula tolerantiæ officij, & reuocationis litterarum præiudicialiū, vt admittatur.

Su Magestad.

Que con mucha instançia se procure obtener la que diçe el Senado, porque por esto no dexe de passar adelante la concordia, se podra admitir lo que el Papa ha ofrecido, de que harà restituir las cartas originales scritas al Oeconomo, y que paraque pueda constar

por

por lo venidero, como Su Sanctidad en virtud de esta concordia tolera este officio, y le dexa el exercicio libre, reuocando las ordenes, que hauia dado en contrario: haçiendose restituir sus cartas originales, se registre todo lo que el Duque de Sessa scribiò cerca de esto al Gouernador, quanto al trattado presente, no solamente en el offiçio de el Oeconomado, mas tan bien de la Cancilleria secreta, y Senado, y en otros Tribunales, porque esto sirua en caso, que otro Papa quisiesse mouer sobre esto nueuas diferençias, quod fuit obseruatum, & declarationi Sua Maiestas, nec eius Ministri acquieuerunt in solita possessione perseuerando, etenim similes Pontificiæ declarationes in terris principalibus, nisi approbante vsu, vel Principe haud seruantur, Couarru. pract. 35. nu. 5. Drudon. de liberat. Christ. lib. 1. pag. 183., Thesaur. decis. 22. num. 7. Præterea naturæ repugnare videtur, vt quis in causa propria ius sibi dicat, cum actionis, & passionis in eodem subiecto non possit dari concursus, & ideò inter supremos Principes arbitri solent controuersa decernere, quod Regio, Catholice Maiestatis Philippi II. rescripto ad Mediolanensem Senatum, occasione præsentis controuersiæ cautum reperitur ex quo nec illa, nec alia declaratio iuribus Suæ Maiestatis obesse potuit, tamquam subreptitia, causæ præcipuè cognitione nō adhibita, rationibus non examinatis. Tandem ex concordia inter Sanctitatem Pauli V. & Philippi II. Maiest. inita, omnis dubitandi occasio videtur præcisa; nam proposita ex parte S. Maiest. reuocatione omnium actuum præiudicialium Oeconomatui, conclusum fuit, abusus tolli debere prout de eis cōstiterit in futurum, quod caput propositioni respondet, & congruit veteribus sanctionibus, quibus hi abusus explicantur, c. generali de elect. in 6. *ibi redditus prouenientes vacationis tempore non vsurpent,* Concil. Paludonens. c. 22. Concil. Vrbani, Aluerniæ celebrato, Concil. Lateranens. Innocen. 2. c. 4. ibi *bona Episcopi rapere,* & ibi *res inuasas Ecclesiæ, pauperibusq; subripiunt,* & ibi, *à nullo diripiantur,* c. non licet, c. de laicis, c. illud, & c. seq. 12. q. 2. Cathedralium Ecclesiarum bona appræhensa fuisse ab Oeconomo paucis aliquid, ex multis propositis exemplis

indicare sufficiat, præmittendo Concil. Tridentinum *nihil noui* in dicto c. 16. sanxisse, prout ex aduerso obijcitur, nam eadẽ auctoritas ante Tridẽt. in Concilijs Aluerniensi, Calcidonensi, & Lateranensi, capitulo tributa fuit, c. de laicis, c. illud, c. non licet, ibi *sed sint sub custodia cleri Ecclesiæ defuncto Episcopo*, vsq; *dum alius ordinetur Episcopus* 12. q. 2. & in Concilio Lugdun. c. generali de elect. in 6. ideò exempla, & ante, & post Cõcilium eficaciter Suæ Maiestatis iura contra capitulum concludunt, & firmant.

Anno 1510. 7. Septembris, occupante hanc prouinciam Ludouico xij. Franc. Rege, constat ex actis illorum temporũ à Bacilerio Teobaldo de Bononia Regio Oeconomo appræhensam fuisse possessionem bonorum Episcopatus Cremonæ ob absentiam Episcopi Hieronymi Triuisani patritij Veneti, quo tempore Galli illam Ciuitatem è manibus Reip. Venetæ eripuerant; Qua in re duo sunt obseruanda. Primò id factũ fuisse à solo Oeconomo Regio, eo tempore, quo adhuc in hac Prouincia Oeconomatus Pontificius non fuerat erectus, Deindè id factum fuisse, vt ex ipsis actis legitur, expulso Ioãne Mattheo Paltonerio Procuratore Cardinalis Alidosij Episcopi Papiæ dicti Episcopatus administratoris.

Post erectum autem Oeconomatum Põtificium legitur anno 1556. nomine Marci Antonij Pattanellæ Oeconomi Pontificij, & Regij appræhensam fuisse possessionem Episcopatus Laudæ vacãtis ob mortem Episcopi Simonetæ, & anno 1576. nomine eiusdem Oeconomi Pattanellæ appræhensam fuisse possessionem Episcopatus Vigleuani vacantis ob mortem Episcopi Petræ.

Legitur etiam anno 1588. nomine Petri Fanni Costachiarij Episcopi Aquensis Oeconomi Pontificij, & Regij appræhensam fuisse possessionem Episcopatus Vigleuani, vacantis ob mortem Episcopi Brisenij; idemq; nomine eiusdem factum fuisse eodem anno de Episcopatu Comi vacante ob mortem Episcopi Vulpij.

Legitur etiam anno 1592. nomine Abbatis Sfortiæ Speciani Oeconomi Pontificij, & Regij appræhensam fuisse posses-

sionem

sionem Episcopatus Vigleuani, vacantis ob mortem Epis. Costachiarij, & anno 1594. etiam eiusdem Oeconomi nomine appræhensam fuisse possessionem Episcopatus Comi vacantis per obitum Episcopi Niguardæ.

Legitur etiam anno 1615. nomine Iulij Turriani Præpositi S. Mariæ Scalensis Oeconomi Pontificij, & Regij appræhensam fuisse possessionem Episcopatus Nouariæ vacantis ob mortem Episcopi à Basilicapetri.

Legitur etiam anno 1622. nomine Vincentij Ferrer Oeconomi appræhensam fuisse possessionem Episcopatus Comi ob mortem Aurelij Archinti.

Idque idem satis superque probatur confessione ipsorummet Ecclesiasticorum, qui inter alias quas proposuerunt S. P. Oeconomatus Regij restrictiones legitur post primam: *Secondo non si ingerisca nel pigliar il possesso de Vescouati, che vacaranno, ne meno nell'essattione de frutti d'essi, mà ciò resti à carico delli Capitoli di quelle Cathedrali che vacaranno, conforme alla dispositione del Concilio di Trento:* ex qua propositione euidentissime constat, quam Concilium receperit interprætationem, quidque præstiterit Oeconomus Regius circa appræhensionem Episcopatuum vacantium, cum hæc propositio de anno 1620. facta fuerit: nec instantia, quod de facto ad has apprehensiones Episcopatum Oeconomus deuenerit Fisci Iura ferit, quia solidius, possessionem (quæ plurimum corporis est) fundat.

Et demum legitur, anno 1625. nomine Ambrosij Catiæ Episcopi Castrensis Oeconomi Pontificij, & Regij appræhensam fuisse possessionem Episcopatus Laudæ, vacantis ob mortem Episcopi Seghitij.

De Archiepiscopatu verò Mediolani, constat anno 1555. 6. Aprilis Marcum Antonium Pattanellam Oeconomum Regium, & Pontificium apprehendidisse possessionem vacantis ob mortem Archiepiscopi Io. Angeli Arcimboldi, & se gessisse pro Oeconomo Regio, & Pontificio, apparet ex gestis ab eo ipso anno 1555. 8. Aprilis, & 1557. 26. Nouembris, (quod eruditissimus Ripamontius non prætermisit in Historia Ecclesiastica Mediolanensi) qui actus satis probat

quasi possessionem apprehendendi, sede vacante, possessionem dicti Archiepiscopatus.

Anno autem 1584. quo tempore Sancti Caroli mortalitas finijt, deficiente Oeconomo Pontificio, Dux Terræ Nouæ Regius Gubernator, Senatum Consuluit, qui considerato antiquo, & illius temporis rerum statu, censuit recentem quasi possessionem tunc fuisse, vt eadem persona, quæ Oeconomi Pontificij, & Regij iure vtebatur possessionem Archiepiscopatus vtroq; nomine apprehenderet, & ideo bonum esse, vt Regij Oeconomi munus eidem deferretur, qui Oeconomus à capitulo fuerat electus, vt is vtraq; auctoritate suffultus, omnia ad Oeconomatum spectantia, prout ante seruatum fuerat, tractare, & perficere haberet; Quod si tàm honestam conditionem putasset Capitulum renuendam tunc omnino alium per Regium Gubernatorem deputandum, qui huic curæ vacaret, & iura, & quasi possessionem S. M. tueretur, vt constat ex Senatus litteris dicti anni 1584. 12. Nouembris, & Dux Terræ Nouæ die 17. eiusdem mensis Nouembris Oeconomum Regium ad id elegit Lanfrancum Reinam Canonicum Ecclesiæ Cathedralis quē Capitulum Ecclesiæ Cathedralis etiam Oeconomum elegerat.

Anno 1595., quo tempore obijt Archiepiscopus Gaspar Vicecomes, tamet si tunc adesset Oeconomus Pontificius, & Regius, Abbas Sfortia Specianus, non dubitauit Capitulū eligere suum Oeconomum. Cæterum Oeconomus Pontificius, & Regius possessionem Archiepiscopatus apprehendit, eamq; retinuit, donec cominatis censuris, nomine Auditoris Cameræ Apostolicæ, & Romam vocatus, eam desererere sine præiudicio iurium suorum coactus fuit; Qua de re conquesti fuerunt Ministri Regij apud Summum Pontificē, medio Regij Fisci Aduocati Federici Quintij ea de causa Romam missi; Deindè medio Senatorum Laurentij Polli, & Alexandri Rouidij qui in Alma Vrbe ortas de iurisdictione controuersias tractarunt, & postremo medio Regij Fisci Aduocati Petri Francisci Corij, & Senatoris Papirij Cattanei, qui in Alma Vrbe cū Paulo V. Sum. Pont. omnes eate-

nus

nus ortas iurisdictionales altercationes, inita concordia, substulere restituto in suum splēdorē Oeconomatus officio.
Nunc vita functo Eminentissimo Cardinali Federico Borromæo anno 1631. die 21. Septembris, obseruatum fuit adesse quidem Oeconomum Regium, sed non Pontificium, & ideo rem esse in eo statu, in quo erat tempore obitus Sancti Caroli, & indè nil aliud deliberari posse, quàm id, quod Senatus tunc decreuerat, nec dubitatum, quin Capitulum conditioni semel seruatæ, quieturum esset; Actum fuit cum duobus Canonicis Abbate Io. Baptista Besutio, & Ludouico Barbauaria, cum quibus nihil firmari potuit, licet pluries ad Placitorum executionem, principali iam exarato diplomate fuerit deuentum; nouis propositis diffugijs, aliquid semper conuentis addendo, vel detrahendo, ex quibus negotij substantia subuertebatur. Suæ Maiest. Ministri, his non obstantibus, enixius cum prædictis Reuerendis egerūt, religiosis etiam interpositis personis dignitate fulgentibus vt cognoscerent, eos nolle Capitulo in aliquo præiudicare, sed velle iura Suæ Maiestatis, saltem in eo, in quo reperiūtur statū, seruare, & defendere, ad quod *lege naturali, diuina, & humana* adstringebantur, idq; leuiori, & faciliori via, qua fieri posset, ne scandala ab his procederent, à quibus deberent comprimi, hocq; etiam seculares Magistratus, & Ecclesiasticos viros decere, Euangelicaq; dogmata docere, inter eos præcipuè, quos vna ratio, humanitatis, Politiæ, Religionis, & Principatus, firmiori charitatis vinculo astrinxerat, graueq; futurum S. Patri, & Catholicæ Maiestati proprijs auribus audire, illi ab hominibus Ecclesiasticis, huic à suis subditis, pertinaciter, quas in principio facile dissimulare, & componere possent, discordias, in Christianæ Reipublicæ odium suscitari, & confoueri, ingratosq; perpetuo Orbi Christiano, pacis turbatores, & dissidij cupidos auctores futuros, qui dum gratiam Principum conciliare, proprijs, (sub falsa spe decepti) commodis, inhiando, studiosi nouitatum anhelent, & Dei, ex iusto iudicio, & hominum amittunt; hæcq; Summum Pontificem, & Catholicum Monarcam duo esse orbis luminaria, diuino splendore

 con-

coniuncta, & illustrata, nulliq; mortalium licere, vni, vel alij interponere se, magnis magna, altioribus altiora relinquenda; Maiest. intrà claustra Ecclesiæ venerabilem esse, agiq; cum columna fidei, cum vindice Religionis, cum primogenito Ecclesiæ, cui Deus vnum, & alterum orbem in orbe commisit, & latius omnium, quot quot sunt, quot quot fuere, Principum, imperium protendit, ex quo rectè notat eruditissimus Sciopius lib. Eccles., Hispanum, & Catholicum esse synonoma, hoc vnum præ omnibus alijs, insigne, singulare in hoc imperio habetur, quod licet diuersis populorum gentibus moribus, & regionibus distinctis, latè dominetur, tamen vna sola Catholica Romana in eis absq; macula inconcussa religio præualet, nihilq; Ecclesiæ, vel Religioni noxium moliri à Principe, pui pro eius exaltatione, se suaq; exponit, sed eam defendere, & totis viribus protegere, institutis maiorum inhærendo, cordi esse; hæc, & alia in cassum præcessere, possessorios vltimos actus ad sui fauorem capitulo interpretante; Nam quoad Lanfrancũ attinet, vel non acceptasse diploma, vel non exercuisse nomine Regio afferunt; quoad Specianum, Romam, derelicta possessione, petijsse, & cessisse.

Quarto, ex his vero è contrario solidissimè fundari possessionẽ Suæ Maiestatis pro comperto est; Nam quoad Lanfrancum, aut exercuit officium, aut non, si exercuit, plana res est; si non exercuit, nullum inferre potuit præiudicium possessorio S.M. de tribus igitur quærendum est. Primo an realiter diploma acceptauerint; Secundo, & Tertio loco subsequuntur præmissa. Eum acceptasse probatur. Primo ex stylo Cancellariæ secretioris, in qua diplomata, nisi acceptata fuerint, & tradita non registrantur; Registrata fuisse patet ex libro registrorum fol. de styllo attestantur Secretarij, & Secretarijs Regijs fidem adhibendam haud in dubium reuocare absquè labe temeritatis licet; electione, & deputatione ministrorum possessionem tueri, viri Iuris consulti vno ore probant, eoque argumento Sanctæ Sedis Iura firmat Baronius an. tom. 11. in Vrbanum 2. an. 10. Pontificatus an. 110. f. 496.

Secundo

Secundò, quia ex sententia Consilij fuit electus Lanfrancus, & non est verisimile, nec credibile, eo inuito, electionem factam fuisse, præcipuè maturo præcedente tractatu, & Senatus consultatione.

Tertiò, quia Lanfrancus erat filius actualis Senatoris, quem credere est ideo, ex animo, & à Capitulo, & ab Excellent. Gubernatore electum.

Quartò, quia eum exercuisse argumento est, Excell. Ducem, & Consilium, Princeps. & Tribunal in conseruandis Suæ Maiestatis iuribus diligentissimum, actum frustatorium, & innanem facere noluisse, aut factum admisisse, nec fidem fregisse Lanfrancum virum nobilem sacris condecoratum ordinibus, patre Consiliario, præsente Principe, absq; iniuria affirmari potest, imo eum omnia pro dignitate sibi demandata compleuisse, præsumere est, idq; claret ex actis per eum à die 17. factis, in quibus distinctio Oeconomi Capitularis non legitur, imò omnia ex bona fide, absquè fraude, sciente, & patiente Capitulo gesta fuere.

Quintò, quia si Capitulum non acquieuisset Princeps suum Oeconomum iuxta Senatus consultum creasset, nam & in hunc casum prouisum fuit his, quæ sequuntur verbis: *isti muneri Oeconomatus in hac Metropolitana Ecclesia illum eundē præficere, qui à Capitulo dictæ Ecclesiæ ad id iam electus dicitur, vt his vtraq; suffultus authoritate omnia ad Oeconomatum spectantia, prout antea seruatur est tractare, & perficere habeat; quod si tam honeste cōditioni Capitulum putauerit reluctandum, tunc omninò conuenire censemus, vt Exc. V. alium deputet, qui huic curæ vacet: si quas vero censuras, & excommunicationes Ministri Ecclesiastici fortasse comminari voluerint, iniustè quidem, & præter Sacrorum Canonum dispositionem, eis obstandū sit omnibus Iuridicis remedijs &c. Mediol. Nouemb. 12. ann.* 1584. cui deliberationi succedit diploma sub die 17. Nouemb., ex qua consequentia, & vicinitate actuū, & quinq; dierum interuallo, satis clarè negotij realitas, & conuentio resultat, cum ad electionem alterius Oeconomi non fuerit deuentum:

Quod nunquam fuit in dubium reuocatum per tot annos, nec

ex parte S. M., nec ex parte Capituli.

Et cum Reu. Lanfrancus sit vnus de Capitulo, præsumendum est, Capitulum per eum gesta non ignorasse; cum palam, & publicè fuerint acta.

Aut fraudauit Ministros, & hoc, vel ipse ex se, vel participe, vel authore Capitulo ex se hoc eum fecisse disuadent prænotata, causa, controuersia, dantis, recipientis qualitas, & accidentia perpensa; si authore Capitulo, idem dicendum erit possessionis vitiosæ actu ex dolo, & fraude, obtinere legitimam possessionem sibi, nec auferre Principi potuit, sanxere Diocletianus, & Maximilianus Imperatores l. eam quæ. 21. De liberali causa, vbi Bald. nu. 2. l. fin. C. de adquir. poss., glo. verb. in possessione, tit. si de inuestit. feud. facit l. pomp. 13., l. fin. de acq. poss. & vno, & altero casu Capitulo incumbit probare (l. quoties, §. quæ dolo, & l. 6. ff. de prob.) hanc proditionem, & aliter actum gestum, quã ipsius natura, & bona fides exposcit, quæ allegatio turpitudinis de iure non admittitur.

Nec enim æquum est dolum suum quemquam releuare, & ex eo ius alijs legitimè competens auferre, & sibi fraude quærere, l. verum 63. §. tempus, vbi glos. releuare. ff. pro socio.

Qui dolo malo desijt possidere, pro possidẽte habetur respectu fraudati; parem enim oportet esse conditionem eius, qui quid possideat, vel habeat, atq; eius, cuius dolo malo factũ sit, quo minus possideret, vel haberet Vulpianus lib. 68. ad edict. l. parent 192. Paulus lib. 22. in l. qui dolo de regul. iur., & vtroq; loci Accursius, & in l. quæ petitorio 37. verb. vel dolo. de rei vindicatione, & gl. 1. l. si rem meam de exceptione, & ibi gl. fin. l. 4. §. fin. si quis omissa causa tex. l. si bona fide de noxalib. l. in omnibus causis, vbi glo. de reg. iur.

Specianum verò Oeconomum possessionem apprehendisse, & retinuisse confessione Capituli probatur, & ex censuris fulminatis; Hic enim grauis congressus iuris, & reuerentiæ repræsentatur; naturalis ratio defensionem sui, suarumq; rerum suadet, l. vt vim vbi DD. de iustitia, & iur. enixiusq; administratori, quam domino, hic nam rei propriæ moderator,

rator, & arbiter est, ille secus, D. Thom. q. 43. art. 8.
Iudex positiuo iure introductus censuras Ecclesiæ fulmen, iaculatur, quid inter has angustias statuendum; si desistit administrator, possessionem videtur vnà cum sibi cōmisso munere deserere, si non desistit, saltem de facto excommunicatus denunciatur, Specianus, pluribus, & temporalibus (Ecclesiasticorum bonorum) & spiritualibus pœnis, & iussionibus coactus, tandem cessit: sciens ipsum posse sibi præiudicare, muneri Oeconomali renunciando; Suæ Maiestatis iuribus secus, nam alio suffecto, vel non suffecto Oeconomo, in principatu ipso seruabantur: Capitulares hinc duo inferunt, Suam Maiestatem possessionem amisisse, amissamq; Capitulo quæsitam, cuius hoc ius proprium, in præiudicium Summi Pontificis, & Suæ Maiestatis asserunt iure in ff. post tit. de acquir. poss., titulus de vsurpationibus, & vsucapionibus subsequitur, non infertur amissit Petrus, ergo quæsiuit Ioannes. Vtrumq; à iuris ratione alienum est; quòd vt clarius demonstretur possessionis huius natura, & origo erit indaganda; Nam aut hæc possessio est continua, aut interpolata respectu rei de qua agitur, & eam non esse continuam patet, quia res possessa interpolatis vicibus prout casus fert vacare solet, adeout non secus, ac de possessione saltus hyberni, vel æstiui, quorum solo animo naturalis possessio retinetur, iudicandum sit, vt notat Paulus lib. 54. ad edictum l. 3. §. saltus de acquir. rer. domin. Ex quo infertur, ciuili plus quam naturali adhærere, vtque plurimum animi, minimum corporis requirat, nam naturalis possessio ciuiliter retinetur glo. & Bart. in §. qui ad nundinas in l. clam poss. de acquir. poss. in prin. & in fine principij; Possessio enim non perditur sine animo, quando animo solo potest retineri, vt per Bart. ad §. qui ad nundinas num. 1., & quando præcessit naturalis, facile id quod ei deest animus implet l. 3. §. veracius, de acquir. poss. Animus principale est instrumentum, & necessariū in quærenda, & amittenda possessione, irationalia furiosi, & amentes possidere nō posse constat, gl. ait in l. 1. de acquir. poss. glo. 1. l. 4. C. de acquir. poss. l. quem admodum eod.

 tit.

tit., l. si ad dominum. 86. de furtis; Animo non desijsse possidere Suam Maiestatem subsequentia demonstrant, ignorantia: querelæ subsequtæ per legatũ, & Regios alios Ministros ad Suam Sanctitatem: enixa instantia, consistentia, & continuatio possessionis: non neglecta, sed accuratè prosequuta causa; restitutus tandem exercitio Specianus: quod & ipse, & alij eius successores in similibus actibus (vt prædiximus) se immiscendo, interruptè prosequuti fuere, Specianum verò, vel animo nõ deseruisse possessionem, vel deserendo non præiudicasse iuribus Suæ Maiestatis patet, quia ipse vnus dupplicem Oeconomatum gerebat, & Pontificium, & Regium, diuersis respectibus, aliàs incompatibilis esset possessio l. 1. de superficiebus glo. 4. l. 1. C. vti possidetis l. 3. §. ex contrarijs, vbi glo. acceperit l. clam §. qui ad nundinas, de acquir. poss.; glo. 1. in fine, vti possidetis gl. domum l. si vt certi, §. si duobus cõmodati; nihil commune habet possessio Oeconomi, cum possessione Capitulari; iussu Pontificis, non Regis discessit, ergo ipse sibi tantũ Pontifex, & sui Oeconomatus iura, Capitulo cedẽdo, amissit. Specianum hanc solam possessionem dimisisse, & amisisse claret: ex libris Sabinianis, ad Iustiniani Imperatoris aures hac quæstione per lata, difinitum fuit, vt siue seruus, siuè procurator, vel colonus, vel inquilinus, vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, l. 1. §. qui seruus de vi, & vi armata l. generaliter 9. de acquir. poss. l. pro meo eod. tit. l. 1. C. per quas personas gl. fin. c. 1. de contentione inter me, & do., corporaliter nactam possessionem cuiuscunque rei dereliquerit, nobis inscijs, vel alij prodiderit, desidia fortè, vel dolo, vt locus aperiatur alij, nihil pœnitus domino præiuditij generetur, ne ex aliena malignitate proprium damnum emergat diferunt enim possidere, & alieno nomine possidere, nam possidet, cuius nomine possidetur, l. qui meo 18. de acquir. poss. quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, l. quod nostrum, de reg. iur., & deterior per seruos nostros conditio nostra fieri non potest, l. ex libris, C. de acquir. & retin. poss. vbi DD. glosa, quia naturaliter, verbo

primis

primis duobus casibus in l. 1, in princ. de acquir. poss., vbi eiectum naturalem possessionem retineri firmat, licet per milliaria decem absit, si animum recuperandi retinuit; Nec Speciani fides ex hoc arguenda venit, nam quid tam contrarium consensui, quam violentia, coactione possessionem Capitulum sibi, nec aliquod ius quæsijsse, probant gl. in c. cum Ecclesia, verbo Episcoporum de causa poss. l. 1. C. de seruit. & aqua, l. si quis 17. de acq. poss. Natta cons. 418. num. 15. & 16. Puteus decis. 281. lib. 2. Carroc. tract. de sequestr. q. 4. par. 1. Menoch. cons. 295. num. 11. in omnibus causis pro facto habetur id, quo per alium fit, quominus fiat, l. in omnibus, vbi glosa optimè exemplificans in vi prohibito possidere, de reg. iur. Non ratio obtinendæ possessionis, sed origo nanciscendæ quærenda est, l. clam de acquir. poss. Clem. fin. & Clem. dudum de rescriptis; præterquam, quod vnicus actus in similibus non tribuit possessionem, Bald. in l. 1. de acquir. poss. Roman. cons. 361. n. 3.

Ex his enim constat ciuilem, & naturalem possessionem Suam Maiestatem retinuisse, si quæ naturalis possessio considerari potest in iure ipso possidendi (quæ non sunt, possideri non possunt, Natta cons. 418. num. 16.) Nam quoad actum appræhensionis iam supra ostensum fuit, per raro, & interpolatis vicibus euenire, adeò vt æquiparari possit hæc possessio fundo vi aluuionis innundato, nam occupante successore possessio Oeconomi cessat, l. 3. §. labeo de adquir. poss. præualet tamen ius ipsum appræhendendi, animo retentum, quæ retentio facti est, & in facto consistit, nam quæ animi sunt, facti sunt, licet possessionis objectum sit res corporalis, & sensibilis, & cum incorporalium possessio non detur l. seruus 43. §. incorporales, vbi glosa, & scribentes, additur nota improprietatis, vt quasi possideri dicatur hoc ius, quod vere possideri non potest. Indè cognoscere est, Capitulum possessionem retinere non potuisse, quia vniuersitas est, l. 1. §. municipes, vbi glo. 1. in l. 2. de acquir. poss. deficit enim illa affectio constitutiua, & conseruatiua possessionis, quæ non explicatur, nec demonstratur, nisi per Syndicum, vel Oeconomum ab vniuersitate in id creatum,

quod



quod aliter se habet in Principe, qui suum durabilem perpetuò Oeconomum, qui iura Regia exerceat, & seruet, habet.

Est, & alia iuris distinctio, qua, aliud esse possidere, aliud in possessione esse docemur, & hæc Oeconomo congruit, qui verè non possidet, sed custodiæ causa est in possessione, l. officium, vbi glo. verbo non possident de rei vindic. glo. penult. in l. 2. §. fi. de act. emp. l. si quis ante 10. de acqu. poss. glo. possessionem 1 §. si verò etiam auth. de exhibendis reis col. 5. glo. 1. in §. possidet; inst. de interdictis in addi., glos. & DD. in c. si propter de rescript. vbi Barbosa in collect. num. 4. ad 6. decretalium. Bonacina in his terminis, tractatu de censuris in partic. disput. 1. quæst. 18. puncto 2. num. 31. in versiculo *secunda sententia*, & ideò subtili ratione potest dici, non agi de iure possidendi, sed de iure, idest facultate essendi in possessione, quæ cum verè sit quasi possessio, ferè tota ciuilis est, quia consistit in potẽtia, non in actu potentiæ physicæ, sed moralis ex quo iuris esse rectissimè tenent DD. in rubr. de acquir. Bart. Ang. Cum. Imol. Castren. Socini duo, Alex. Ias. & Ripa. discriminantur tenere, & possidere, tenere naturaliter vsu iuris dicitur, possidere ciuiliter l. stipulatio ista 38. §. hæc quoq; de verb. obl., & hæc ciuilis naturali in pluribus præstat, & sola sufficiens est non solum custodiæ fructuum, verum adquisitioni l. si fur 14. de vsufructu, glo. magis ad medium. vbi additio marg. l. 3. ff. ex contrario de acquir. poss., iustitia ciuilem non naturalem concomitatur.

Ex his constat in hac controuersia Specianum possessioni, seu quasi Suæ Maiestatis præiudicare nec potuisse, nec præiudicasse; nunc quatenus aliquid nouum contigisset legitimis modis reparatum ostendendum erit; hæc enim à iure naturali omnibus, ne dicam, hominibus, verum animantibus, non solum indicta, verum innata lex est, vt agentibus de facto obsistere liceat, nihil enim contra vim sine vi fieri potest (nam licet iure retinendi, & recuperandi remedia inuenta fuerint à superiore in inferiorem à Iudice inter partes exercentur, non à parte, cui ius sibi dicere non licet, nec

inter

inter ſupremas poteſtates ſuperiorem non recognoſcentes) vi, & armis Specianum opugnatum patet, hac ſola conceſſa diſtinctione temporalium, vel ſpiritualium, hinc arma excommunicationis dicuntur, quæ iuſtum, conſtanti viro timorem incutiunt, non agminum galeatorum ſubſidia Eccleſiaſticis, nec manus militares aderant; Hæc licet hæreticis ſolum infenſa, Catholicis adeſſent Miniſtris iuſtis, ſiue iniuſtis Eccleſiaſticis vocibus auditis, non ſtrepuere, nec quid præter fas, & ordinem iuris, quantumq; vrgente aliquorum Archiepiſcopalium Miniſtrorum licentia tentatum vſquam temporum, aut cogitatum fuit, licet autem iure ſe tueri, & de facto poſſeſſionem ſuam, ſiue à colono derelictam, ſiue ab alio occupatam recuperare, l. ſi ſeruus, C. quod cum eo l. 1. 5. vi poſſidere, vbi glo. facit de vi, & vi arm.l. 1.C. vnde vi, adeout liceat vlciſci, quæ vlcio hoc caſu non eſt vicio, ſed defenſio l. deuſtum, vbi glo. conceſſum de methatis lib. 12. ratione retentæ ciuilis, in qua per detentionem naturalis turbor, Bart.in d. §. qui ad nundinas num.7. Abb.in c. olim à num. 8. de reſtit. ſpol. Menoch. recuper.rem.15.num.30.

Et cum Capitularis, & Regius Oeconomus contenderent, & vnus alterum,& alter alterum viciſſim expellere curauerint, poſſeſſio, qualis qualis fuerit, nunquam ex parte Capituli poteſt dici quieta, & pacifica, ſed turbida, & crebris alterationibus, & repugnantia offuſcata; & ideò non amiſiſſe eam creditur, qui incontinenti recuperauit l. 1.l.3.§. eum, de vi, l. qui poſſeſſionem vbi glo. de vi, & vi armata, facit l. quidquid calore 43. de reg. iur., incontinenti poſſeſſionem recuperatam conſtat, coniunctione actuum ſupremorum, ideſt cum primum occaſio oblata eſt, quod iuſdicentis arbitrio Doctores remittunt, Menoch. rem.|1. recuper. à nu. 384. Bellon.lib. 1. de poteſtate eorum, quæ incontinenti c. 6. per totum.

Quinto, Regium Oeconomum ſolum ex ſe poſſe, & potuiſſe Oeconomatum exercere, & exercuiſſe, in facto, & in iure certum eſt.

Ab Anno 1528. retro Oeconomus Principalis omnia quæcũque

que ad custodiam Ecclesiarum vacantium pertinebant, (Oeconomo Pontificio adhuc incognito) solus moderabatur; Huic inesse, & exercitio producto, de communi consensu Pontificius, absq; præiudicio Ducum accessit, seu superuenit; ideò Oeconomus Ducali authoritate tantum fultus, prout antea facere solebat, quoties occasio se obtulit munus Oeconomale exercuit; prout euenit, electo Marco Antonio Patanella anno 1547. die 10. Iunij, vsque ad annum 1549. Februarij 5. Mortuo Patanella Senatus Consulto sub die 26. Octobris 1569., sancitum fuit, eligendũ esse, & eligi debere ab Excellentiss. Gubernatore Duce de Alburquerque interim Oeconomum, prout fuit electus die 28. Octobris eiusdem anni; Reuer. Ioannes Duarte, qui Regio nomine solo Oeconomatum exercuit; absque vllo impedimento, licet Nuncius Hispaniarum de hoc fuerit coram Sua Maiestate conquestus, qui litteras dedit ad suum L. T., quibus perlatis ad Senatum die 13. Iunij 1570. responsum fuit (inter alia ad rem nostram) ex omnibus Oeconomis tres solum Pontificium diploma habuisse (quorum & aliqui absque eo per satis amplum temporis spatium munus exercuerunt) Picenardum, Langum, & Patanellam, eodem modo Ioannes Ambrosius Ferrarius Oeconomus electus ab Excellentiss. L. T. exercuit, & post eum Aquensis Episcopus Costachiara creatus Oeconomus anno 1582. vsque ad annum 1585. 13. Iulij, & Oeconomus Iulius à Turre ab anno 1606. vsq; ad 20. Iunij 1609. post eum Vincentius Ferrer, & post Vincentium Fabius Molla ambo electi ab Excellentiss. D. Duce Feriæ L. T., quod, & confessione Ecclesiasticorum iuuatur, nam in eisdem propositionibus Romæ factis sic legitur: *Ottauo Vacando l'officio del Oeconomo nissuno di qualsiuoglia stato, & conditione, etiamdio per modum prouisionis, nominato da qualsiuoglia Principe, o Gouernatore ardisca essercir l'vfficio sodetto, se prima nõ hauerà la facoltà sofficientemente in scritto di essercitarlo dalla Sede Apostolica, sotto pena della sospensione à diuinis da incorrersi ipso facto*: quæ propositio ideò processit, quia prænarrata præcesserant, & Regius Oeconomus solus officium exercuerat

quoties

quoties occasio tulerat. Ex aduerso, Oeconomum creatũ à Summo Pontifice vsquam temporum aliquem actum, nisi & idem fuisset à S. M. electus, gessisse constat.

Circa factum igitur notandum est conuentionem habitam cũ Clemente VII. de rigore, ex vi propria, ipsius, & Francisci personam non egredi, sed ex quadam reciproca taciturnitate, & tolerantia continuatam fuisse eligendi possessioné tunc ceptam, vel si posteros deuinxit, ab eis esse seruandã, quia Placita seruare, est de iure naturæ, & Ecclesiasticos, & seculares obligat, Suarez aduersus Regem Angliæ c. 14. num. 13.

Secundò, nihil tam naturale esse, quam dissoluere consensu contrario, & reducere ad suam naturam primæuam, ea, quæ consensu firmata fuere; ideò cum hodie displiceat ea, quæ Clementi, & Francisco, & alijs eorum successoribus placuere, Oeconomatum pristinam libertatem, & primæuam sui naturam recuperasse fatendum est.

Tertiò, præter personam Oeconomi nihil aliud fuisse cõmune, nam Sua Maiestas, & eius Ministri, independenter auctoritate suprema, & absoluta Regium Oeconomum deputauit, & deputat.

Quartò, concesso Oeconomatu Regio (qui negari salua veritate non potest) necessario eiusdem exercitium concedendum, nisi, & esse, & non esse, vel esse quid aereum, & fictitium asseratur.

Diuisionem iura Suæ Maiestatis ferire non posse liquet, quia, si hoc liceret pro nutu alieno, omnia iura temporalia Principum, contra iuris regulas, quibus cauetur, quod nostrum est, sine facto nostro ad alios transferri non posse, turbarentur, & præter mentem Sanctæ Matris Ecclesiæ, nam esset in potestate S. Pontificis suum Oeconomum non deputare, & sic Regiũ extinguere si Oeconomus Regius solus, prout antea exercere non posset. Sua Maiestas potestati Ecclesiasticæ non resistit, quominus veterem maiorum morem prosequatur, nec eandem in vitam compellere valet, reliquum est ei, vt iura sua sola solus conseruet.

Hanc temporalium rerum custodiam, Ecclesiasticorum bonorum

norum protectionem, & defensionem, proprius secularibus quàm Ecclesiasticis, qui sacris vacare debent, competere, supra firmauimus, eiusq, laicos incapaces non esse probatur; quia bona temporalia Ecclesiasticis iure humano non Diuino fuere concessa, Raimundus Ruffus in Molineũ pag. 424. qui allegat Gersonium, DD. in l. ex hoc iure de iust. & iure. Acursius in l. rebus, versic. naturaliter, C. de iure dotium, Baldus l. vlt. num. 7. C. sine censu, vel reliquis. Berous in c. cum venissent nu. 40. de iudicijs, Peregr. vol. 1. cons. 1. num. 33. Molina de iust. & iure, disp. 31. concl. 3. & sequenti fructus prætereà sunt, quid temporale, quod nullam habet spiritualitatem Thesaurus decis. 131. nu. 6. Bartol. in l. 1. C. de agricol. & cons. Alba cons. 40. nu. 7. Valle cons. 66. nu. 29. lib. 1. ideo absq; vlla solemnitate, vel dispensatione alienari possunt, Menochius cons. 849. num. 20. Lapus alleg. 81. num. 9. iure naturali, omnibus hominibus æquè erga Deum religio insita est l. 2. de iust. & iure, non iure positiuo, quia si lex positiua id suaderet moribus, & lege contraria, vt posset immutari, longè magis limitari, legem verò positiuam non prohibere custodiam, & protectionem, sed abusum, patet ex toto tit. de iure patron. d. c. illud. c. nulli, c. de lareis 12. q. 2., c. quia Sacerdotes, c. hac consuetudine c. sanctorum 10. qu. 1. c. generali de elect. in 6. vbi DD. d. c. 16. Concil. Trid. sess. 22. cap. 8. & 9. extrauag. de reb. Eccles. non alien. in communibus, ibi. *profanis vsibus applicare:* Abb. in c. decernimus de Iud. à num. 8. & 91. Decius 116. 187. & cons. 148. Sanchez moralium 7. c. 14. num. 7. Ioannes Baptista Ferettus cons. 143. num. 6. & cons. 278. Anton. Crossius cons. 1. num. 18. (inciderent in legem Iuliam peculatus, de sacrilegijs, & residuis.) Olibano de iure Fisci, c. 14. num. 18. Bouadilla politi. 2. c. 17. nu. 104. in princip. & 139. & c. 18. nu. 120. & laicus est capax præbendæ, quia habet temporalitatem, & spiritualitatem, & respectu temporalitatis capax est, (prout quando vacat Ecclesia) Fœlinus sequutus Abb. in c. cum M. Ferrariensis de constit. nu. 13. id clarissimè professus fuit Diuus Eustorgius Episc.

Medio-

Mediolani, vt in Thodorici Gotorum litteris, legitur apud Cassiodorum lib. 2. variarum. Epistola 29. ibi: *Specialiter Ecclesias ab omni iniuria reddi cupimus alienas, quibusdam æquabilia præstantur, misericordia Diuinitatis acquiritur. Et ideò Beatissimi viri Eustorgij Episcopi Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ petitione permoti, præsentibus te affatibus admonemus, vt prædijs vel hominibus illius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis, tuitionem studeas salua ciuilitate præstare, nec à quoquam, cuiuslibet nationis homine, contra fas patiaris opprimi, quos decet Diuinitatis intuitu subleuari, ita tamen, vt causis publicis, vel priuatis, respondere non differant: quia sicut nolumus ab aliquo prægrauari, ita exemptos à tramite iustitiæ non patimur inueniri*, & non solum custodia, verum occupatio Siciliæ erat in vsu, quod reuocauit Federicus (postea verò veterem secutus fuit consuetudinem) his verbis; *Illum quoque dimittimus, & refutamus abusum quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Ecclesiarum vacantium, nostri consueuerũt antecessores committere pro motu propriæ voluntatis*, refert Baronius to. 11. annalium in vita Vrbani II. nu. 59. [illegible].485. anno 10. quæ reuocatio sequuta fuit an. 1213. idem latè post aliòs docet Bonac. de excom. in partic. disput. 2. pũcto 23. à num. 3.

Sexto, iniustitia, & nullitates sententiæ non omnes, sed earum aliquas tantum, ex quibus virorum innocentia, & defensio innotescat, cordi est prosequi.

Discessit è Ciuitate Mediolani in varias, & incertas prouinciæ partes Reuer. Oeconomus, Aduocato, Causidico, & familia stipatus, muneris, vt sui munia in Ecclesiæ, & successoris gratiam adimpleret: id ægrè capitulum ferens, & capitularis ipse assertus Sede vacante Reuerendus Vicarius, instantaneo horarum octo interuallo pro primo termino, & aliarum subsequentium vsque ad viginti quatuor in totum pro secundo, & tertio præfixo, Oeconomum tamquam turbatorem immunitatis Ecclesiasticæ ad valuas Archiepiscopalis Palatij citatione, & generali monitorio affixis die Veneris 3. Octob. noctu, die Sabbati succedente, ad comparendum, & allegandum vocat, sub hoc

præ-

prætextu, tempore, & hora eiſdem; citationes in via publica propè limen domus Aduocati, & Cauſidici, ſtrepitu vehementer pulſatæ portæ prodente, depræhenduntur: die quarta Septembris, ſanguinis, & amicitiæ vinculo abſentibus coniunctus P. defenſorio nomine breuitatem termini coram aſſerto Vicario arguit, & congruentem ad certiorādum, iurata abſentia, & oblatis probationibus, deffectu iuriſdictionis, peſtis, alijſque per pluribus rationibus obiectis, eflagitat; denegat petita aſſertus Vicarius; fide tamen verbaliter per nuncium interpoſita per totam diem Dominicā quintam eiuſdem menſis nihil in præiudicium abſentium nouaturum ſpondit: eadem die, dum appellatio ex parte abſentium hora ferè 23. diei à denegatione amplioris termini interponerentur, Vicarius aſſertus ſe officio functum, ſubſcripta iàm, & lata ſententia aſſerit, (nec ephimeræ par fides) eius tamen requiſitus copiam facere recuſauit, nec cedulones (vt loquuntur) aſſuetis in locis tunc temporis affixi pro roſtris conſpiciebantur, vt facta experientia compertum fuit; ſed manè ſequenti (non expectato decem dierum lapſu ad appellandum à declaratoria facti) in diuerſis Ciuitatis regionibus ſparſim, non ſolum Oeconomus, Aduocatus, & Cauſidicus, verum alia innocentium facti huius turba, vulgò in affixis denunciationibus excommunicati declarãtur, talium ignari rerum abſentes, ſpeciali accepto nuncio, eadem die 6. ad portas Ciuitatis, continuo defatigati curſu, appulere: in ingreſſu tamen ob ſuſpiciones peſtis à Sanitatis Deputatis arcentur, & repelluntur: tandem præmiſſis neceſſarijs proteſtationibus per legitimum procuratorem intrà decem dies appellatio à declaratoria, & denunciatione (euentu tamen non diſſimili) interponitur: re, & verbis non ſolum reicitur, verum aſſiſtentibus I. C. viris, proijcitur, conculcatur, & diſcinditur, ira manus, & linguam regente, & agente. Hæc eſt ſincera ſeries facti, compendioſè acta; ad clariorem veritatis dilucidationem neceſſario præmiſſa.

Excommunicatio, origine, & authoritate; aut eſt ab homine, aut à iure, latæ, vel ferendæ ſententiæ, aut legitima, & iuſta,

ſta, aut nulla, aut iniuſta: inter nullam verò, & iniuſtam differentiam conſtituunt DD. Gutier.canon.2.c. 16. num.19 & lib. 1. c. 4. à num. 43. iniuſtam non ligare, quo ad Deũ, omnes communiter tenent, Diuus Thom.in 4. diſt. 18. art. 1.ad quartum. Corduba lib. 1. q. 43. verſ. opinio ſecunda, Vittoria in ſumma tit. de excom.q.7. Couar.c. alma mater part. 1. releċt.§.7.num.5.verſ.2.concluſ. additio ad Clarũ q. 77.à num.40. & ſic excommunicatum licitè poſſe; ſecretò ne ſcandala oriantur, cum fidelibus agere, ſunt, qui recte probent, Caiet.22.q.7.art.4. ad 2. Ledeſma in ſecunda quarti qu. 23.art.4. gloſ.in c. manet 24.qu.1. nam excommunicatio iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, Gregor. homil. 16.cap. 1.c.non ſolum 1.q.3. non tamen æquè timenda eſt iniuſta, ac iuſta: ſecus tamen de nulla, quia, quod nullum eſt, non eſt, & ideo nec reſcindi, nec conualidari poteſt; c. manet ergo 23 q.1. ſtatim ligat, vel ſtatim nulla eſt, glo. excommunicatio, c. paſtoralis de appell. ex compertis iuris axiomatibus; ideò nec quoad Deum, nec quoad homines, in foro poli, aut fori (quod aiunt) ligat, adeo vt patefacta nullitate, & Diuinis officijs, & hominum comertijs, taliter grauatus, aſſiſtere, abſque animæ periculo poterit; æterni Tribunal Iudicis, quod ait Innocentius c. 1. de ſent. & re iudic. *illum reum non habet, quem iniuſtè Iudex condemnat*, quod & Dauid Prophæta in Pſalmis teſtatur, pſal. 36 Sanctus Auguſtinus aſſerit, iudicium non nocere ei, de quo temere iudicatur, ei autem, qui temerè iudicat, ipſam temeritatem nocere, *ſenſi de Auguſtino, quidquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet*. c. ſenſi, c. iunctis 1. quæſt. 3., Nam quemadmodum, vt ait Origenes ad c. 14. leuit. homilia 14. c.cum 24 q. 3. *cum aliquis exit à charitate, & timore Dei, exit de caſtris Eccleſiæ etiam ſi per Epiſcopi vocem minimè abijciatur, pari ratione, qui non recto iudicio foras mittitur, nihil læditur, interdum enim, qui foris mittitur, intus eſt, & qui foris eſt, intus retineri videtur*; quod & Diui Hieronymi teſtimonio roboratur; in leuitico. c. ſi quis non recto c. in perpet. c. de illicita 24. q. 3. & ſuper Matthæum c. 16. in comentarijs c. quomodo 11. q. 3 *quomodo ſacerdos mun-*

dum

dum leprosum non facit, si Episcopus, vel Presbyter non alligat eos, qui insontes sunt, nec soluit noxios, quod ad sententiam nullam, vel iniustam ratione causæ, referendum est. Nam hæc non magis erit excommunicatio, ac homo mortuus, homo, vel viuens cadauer, iuxta illud Ezechiel: *Mortificabant animas, quæ non moriebantur, & viuificabant animas, quæ non viuunt* c. 13. 11. q. 3. c. plerumq; leges enim, & Iudices rationi debent seruire, non iniquitati, *sed plerumq; contingit*, (Gregorius Pontifex fatur homilia 26. in Euangelia. d. c. plerumque) *vt hi Iudicis locum teneat, cuius ad locum vita minime concordat, ac proinde sæpe agitur, vt vel damnet immeritos, vel alios ipse ligatos soluat*: Hinc claret, excommunicationem nullam, & iniustam ratione causæ externæ, tantum superficie, & apparenti excommunicationis voce personatam, & laruatam, populum, & populi plebem ignaram decipere posse, cui malo vt occuratur, & vniuersalis Ecclesiæ reuerentiæ gratia, edicto (quod manifestum vulgus vocat) particularis Iudicis persona, iudicij tramites, & causæ exponuntur, ex consilio D. Augustini sermone 6. de verbis Dei, c. qui resistit 11. qu. 3. qui proponens quæstionem respondit; *si illud iubeat potestas, quod non debes facere? hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem*, quod alia aptiori via effici non potest, ex communi DD. Placito, quàm edicti, tunc enim omnis scandali occasio præscinditur, &, vt verbis D. Antonini vtar, *non erit scandalum pusillorum, sed pharisæorum* in summa 3. par. tit. 24. c. 73. Palud. 4. sententiarum distin. 18. qu. 1. vers. quantum concl. 2. Angelus de Clauas. in summa verbo excom. 3 §. 19. Soto in 4. distinct. 22. qu. 1. art. 3. Diuus Thomas 22. q 43. artic. 7. & 8. Siluester in summa verb. excommun. 2. num. 1. in fine, Soarez de censuris disput 4. sect. 9. num. 16. Filiuc. tract. mor. 11. c. 8. num. 216. Marius Alter. de cens. disp. 9. cap. 2. Nauarr. in prælect. c. cum continget, de rescript. remed. 3. pag. 12. Couarr. c. alma mater par. 1. relect. §. 7. num. 5. in princip. Theologi Seruitæ in deffensione censurarum aduersus Venetos c. 10. colum. 4. in princip. Gutier. canon. c. 4. à num. 36. Valenz. cons. 32. num. 105. Hinc infertur clericum nul-

liter

liter excommunicatum celebrantem irregularitatis pœnas non incurrere c. ad præsentiam de appell. c. per tuas, c. solet de sent.excom.in 6. glo. verb. *excommunicationis sententia* propè finem, in c. pastoralis de appell., cum aliqua non egeat absolutione, exemplum præbet Baronius annal.tom. 10. Diui Ignatij, qui anatematizatus decessit; & non ideò minus sacram apotheosim fuit miris patratis operibus, post mortem consequutus.

His obijci posse, hoc vnum audio, declarationem huius nullitatis, vel iniustitiæ ad Ecclesiasticam spectare potestatẽ; Sed respondetur, DD.edicto euulgato satisfactum esse sentire, præterea notoria declaratione non egere, nec vlla reuocatione, præscriptasque esse à Sacris Canonibus leges, & diffinitum,quæ nulla, & iniusta, quæ legitima, & valida excommunicatio sit, adcò vt omnibus per viam doctrinæ innotescat, quod de iure determinatum est, indubitatum habetur, nam tunc non determinatur, sed determinatum detegitur l. ornamenta, vbi Bart. de auro; & arg. leg. Barbosa plures alios allegans in l. Titia solo matr. nu. 52. hocq; ex abundanti desiderari, vbi Iudicis copia habetur: (sed in præsentiarum procul est, vt infra dicetur) at verò vbi ex mora detrimentum afferri possct violento fastu depressis, secus dicendum.

Prima nullitatum nullitas: est iurisdictionis defectu ob non legitimam electionem glos. penult. vers. quarto, & vers. septimo in c. præsenti de sent. excom. in 6. Soto disput. 4. sect. 7. nu. 38. videndi DD in c. solet, c. præsenti de sent. excom. Filiutius tract. 11. Mora c. 8. Angelus in summa verb. excom. 3. Armila, & Syluest. ibid. Corduba lib. 1. qu. 43. Paulus Borgesus de irregularitate 6. par. qu. 12. Suarez decens dispur. 2. sect. 3. quia etsi quem electum constet, *non ideò iure electum apparet; quòd ait* Gregorius Nonus, c. cum ana. 50 de elect. ideò electionem suam patefacere debuit, requisitus Vicarius, & eam citationi inserere DD in c. cum iuris peritus de offic. deleg. Innocent. Butrius, Barbacia, Imola in c. 2. de dilationibus, Bart. in l. 2. num. 6. ff. si quis in ius vocatus, & in auth. qui semel

nu.

nu. 12. C. quomodo, & quando Iudex, Vantius de nullit. tit. de nullit. ex deffectu citation. num. 47. Decian. conſ. 18. num. 156. Menoch. conſ. 100. à num. 71. præcipuè cum de recenti ſupponatur electus, & cum conſtet Eccleſiam vacare, quo caſu Archidiaconus ſolet ſuſtinere vices Vicarij Iacobus Seroz. lib. 1. de Vicario Epiſc. qu. 61. & cum poſſent plura alia opponi, ratione, ætatis, patriæ, qualitatis Setozz. q. 33. 34. 35. 36. & quia ſecundum veriorẽ DD. ſententiam, delegatam non ordinariam iuriſdictionẽ Vicarius exercet c. à Iudicibus 2. q. 6. glo. in c. 2. verb. ſtatuuntur, nè Prælati vices ſuas, c. relatum de effect delegat. c. ſi delegatus eod. tit. in 6., gloſ. in c. perlectis 25. diſt. verb. & iurgia, & in c. vt debitus honor. verb. abſquè rationabili 56. de appell. Sot. in 4. diſtinct. 18 qu. 4. art. 3. verſ. circa conceſſiones, Goffredus in ſumma de offic. Vic. Alex. in rubr. de offic. eius nu. 17. Alciato in rubr. de offic. ordin. num. 24. Gonzalez var. quæſt. c. 27. Germon. lib. 1. animaduerſ. c. 6. quod in Vicario ſede vacante clarius procedit, cum iuriſdictio deuoluatur ad Capitulum, ex quo dubitari ſolet apud Doctores cuius ſit Vicarius electus ſede vacante Epiſcopi, aut Capituli, & an ſit coæqualis authoritas Capituli cum authoritate Epiſcopi, & negatiuè reſoluunt: ex quibus intelligere eſt nulliter proceſſiſſe Vicarium denegantem electionis copiam parti petenti: Iudex ipſe aſſeritur, Reu. Buchiarellus de Capitulo, & à Capitulo electus (vide quam fundatam excommunicationis ſententiã) naturæ repugnat, vt quis in cauſa propria ius dicat; cauſa Capituli eſt prætendentis ſibi ſoli ius cuſtodiendi fructus cõpetere, Vicarius de Capitulo eſt, & Abbas, & Canonicus, à Capitulo beneficium Vicariatus habuit, ideoque vitioſa eſt etiam ex hoc ſententia excommunicationis ex pluribus decretalibus ſanctionibus, c. inter quærelas 23. qu. 4. c. venerabilibus, §. porrò de ſenten. excom. in 6. c. 1. 4. q. 4. c. poſtremò, c. ſecundò requiris. §. fin. in fine, c. propoſuit, de appellation. l. Iulianus, l. qui iuriſdictioni de iuriſd. om. iud. l. apertiſſimi, C. de iudicijs, l. extat, C. vnde vi, Suar. diſput. 2. de cenſu. ſect. 4. num. 7. Stephanus Aufre tract.

de

de recuſati nu. 8. vbi communem dicit, Tuſcus tit 5. conſ. 907. nu. 7. & 908. & 910. ann. 4. quatuor modis humanũ peruerti iudicium, Diuus Gregorius ſcripſit, quorum tres ſunt; odium, cupiditas, amor, & ex turbatione mentis excommunicationem latam inualidam eſſe ſupra probatum fuit in principio Filiucius tract. 11. c. 2. nu. 44. 46. Vltimo loco aduertendum eſt, præſuntuoſum eſſe in tantum Monarcham ſententiam dicere velle inferiorem Iudicem, & in eius cauſa, non ſecus, ac de quolibet plebeio, & triuiali negotio, ſtatuere *quis enim conſtituit te Iudicem inter iuriſdictionem, & iuriſdictionem*. Hæc cauſa, vel ad Summum Pontificem tanquam communem patrem ſpectat iuxta ea, quæ tradit Menoch. conſ. 1000. nu. 112. vel ad arbitros communi placito electos, idem auctor ibidem nu. 113. Caſtrenſ. conſ. 296. ſub num. 8. quem laudabilem ſtyllum dicit Boſſ. de foro competenti num. 175. Banneq. 2. 2. D. Thomæ quæſt. 40. art. 1. dubit. 5. verſiculo: *ex quo ſequitur*. Molin. de Iuſt. & Iu. tract. 2. diſp. 103. Colum. 4. verſic. *tunc vero* negatur iuriſdictio ratione ſubiecti, Alba conſ. 389. a n. 2. & 4. & in omnem caſum quando contentio eſt inter Iudicem, & Iudicem, & Iudex facit ſe partem, non poteſt declarare [redacted], nec procedere; Butrius, & Geminianus in c. ſtatutum de reſcript. in 6. Innocentius, & Abb. in c. cæterũ de iudicijs; Socin. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit num. 16. & à num. 20. Angelus ibidem num. 31. Corſetus in ſingul. verbo iuriſdictio, verſiculo *Do tibi*; Decius conſ. 156. num. 4.

His ſic firmatis, grauiſſimum Eccleſiæ Dei excommunicationis fulmen, omnium pœnarum, quot quot ſunt in humanis, damnum, & terrorem excedere notiſſimum eſt; *ideò perraro omnibus perprius tentatis remedijs*, magna cum maturitate, ad hoc ſupremum ſubſidiarium, & extremum excommunicationis deueniendum Sanctiſſimi Patres ſanxere, c. nemo 41. 11. q. 5. glo. non, & ibi additio in c. venerabilibus de ſent. excom. in 6. c. alma mater Eccleſia, de ſenten. exco. Trid. ſeſſ. 25. de refor. c. 3. c. cum medicinalis, de ſenten. excom. Henricus Bota de ſynod. Epiſ. art. 1. c. 13. nu. 113.

Suarez

Suarez de censuris disp. 4. sect. 4. à nu. 3., Polaco de potest. Prælatorum regularium nu. 76. & Iudicem contra canonicam formam, & solemnitatem excommunicationis sententiam pronunciantem, interdictum per mensem à sacris voluere, adeòut si celebret, irregularis fiat c. de illicita excom. 24. q. 3. c. ve illi 11. q. 3. c. ve illi, c. sacro, c. cum medicinalis de sent. excom. Suarez disput. 5. sect. 1. Filiuc. tract. 11. moralium cap. 4. num. 109. requisita vero sunt, dolus; absq; quo nemo potest excommunicari, c. quoniam intelleximus de immunit. Ecclesiast. in 6. Bellamera cons. 40. num. 12. vers. circa quintum. Gratian. discept. 596. num. fin. vers. fin. certa, ac manifesta peccati causa, vera contumacia, c. non fuit 11, q. 3. c vniuersalibus, §. porro, vers. ipseq; respondeat, vbi glo. captus de sent. excom. in 6. Marius Alter. de censur. lib. 3. cap. 5. littera C. Bonacina de censuris disput. 1. par 9. propos. 3. Riccius in praxi excom. decis. 455. contumacia verò inducitur per legitimas, personales, veras, & non simulatas citationes, c. reprehensibilis, vbi Barbos. nu. 2. in collect. c. cum speciali de appell. c. nouit de iudicijs, c. 1. de causa possess. & propriet. c. omnes decimæ 19. q. 7. c. de Presbyt. 17. q. 4. c. de illicita 24. q. 3, c. si peccauerit 2. q. 1. & in omnibus Glosator, & Scribentes, Decian. lib. 5. tract. crim. c. 28. à num. 9. Farin. qu. 185. à num. 117. & 154. à iure communi naturæ inuentas defensionis gracia: Id in primo illo iudicio. Dominus docuit, dicens Adam vbi es, & Mathæ. 18. *Si autem Ecclesiam non audierit sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus*, c. sed illud 45. dist. c. omnibus 24. quæst. c. nouit de iudicijs, Cuius citationis deffectu nullæ sunt censuræ, vt resoluitur in præallegatis locis, videndus Imola in c. stirpandæ colum. 6. in principio de præbendis, Felin. in c. Rodulphus de rescript. nu. 41. Marsilius l. vnica, nu. 66. C. de raptu virg. Aretinus cons. 163. à nu. 10. Socin. Sen. inter consilia Curtij Sen. cons. 20. col. 8. Gigastrada de pensionibus quæst. 78. nu. 5. Couarruuias in c. alma mater par. 1. §. 9. sub num. 5. Tortus in consilio pro Florentinis ad finem consiliorum, Butri. num. 21. qui tenent etiam

super

super notorio citari, & auditi debere partem.

Excommunicatio positiui iuris est, at citatio naturalis, & ideò in facto quantumcunq; notorio non potest omitti, sub pæna nullitatis, etiã à Summo Pontifice DD. vbi proximè, & in c. cum olim de sent. & re iudic. Socin. Sen. cons. 20. num. 11. & cons. subsequenti, nu. 13. Aretinus cons. 163. colum. 4. vers. secundo princi. Boss. in praxi, tit. de crimine notorio nu. 4. Peregrinus de iure fisc. lib. 1. tit. vlt. num. 61. Filiuc. tract. 11. c. 4. num. 96. & 97. Clar. qu. 41. num. 3. & qu. 9. & q. 31. Farinac. qu. 21. num. 68. & 69. Scaccia de appell. qu. 17. nu. 38. & 40 latè disputans Barbos. in collect. c. repræhensibilis à nu. 3. vsq; ad nu. 7. contra absentem, præcipuè vbi scandalum nasci posset; citatio verò hic prorsus fuit ommissa, quia paria sũt in iure, non esse, vel non legitimum esse, quoad vtilitatem agentis; & quia ex septem nominatis in asserta sententia, duo tantũ compertum est fuisse citatos, noctu, clam, ad domum habitationis non personaliter, non obstante quod prima esset citatio contra absentes, quod notum erat ipsi Reuer. Vic. prout ex ipsius citationis tenore claret, & ex processu per eum fabricato citationis huius imaginariæ temporæ eos abesse cõstabat: termino vigintiquattuor horarum, vt vndique in angustias ageret Catholicos homines, & Principis legitimum Ministrum, non aliter ac si cum hæreticis, & de fidei dogmatibus res esset.

Die quarta mensis Octobris frater vnius excitatis deffensorio nomine omnium absentiam allegauit, iuxta ea, quæ tradit Felin. c. cum m. Ferra num. 8. de consti. Farinac. qu. 11. num. 52. & qu. 99. num. 278. 285. & 286. iurando offerens probationes incontinenti: cum protestatione appellandi; &, vt cæptum prosequeretur Iudex præcipitandi propositum, ne tam pulchra turbandi concordiam occasio è manibus efugeret, terminum ad certiorandum denegauit (quod, licet dies esset stata à lege, absq; manifesta nullitate facere non potuit, glos. magna in c. soler, verb. octo de sent. excom. in 6. Clar. qu. 34. à num. 2. Farinac. qu. 99. num. 292. 293. 294.) Ex quibus concluditur, citatos nõ

fuisse

fuiſſe contumaces, quia naturaliter, niſi magicis certiorati artibus fuiſſent, non ſolum comparere non poterant, verũ nec citationis habere notitiam, c. noſtrum ærarium, §. alias, verſ. plus 25. diſtin. c. vniuerſalibus. §. porrò de ſent. excom. c. cum Bertoldus de ſent. & re iudic. vbi glo. Farin. plures referens qu. 11. num. 50. in ignorantes lata ſententia excõmunicationis nulla eſt c. 2. de conſtit. in 6. Indeq; demonſtratur citationem hanc non fuiſſe diſpoſitam ad finem ordinatum, deffenſionis, ſed pro formula, & nomine tenus, cum deffenſionis repugnantiam, & impedimentum contineat, quo caſu citatum ad comparendum non arctat, Oldrad. conſ. 44 nu. 2. Calderin. conſ. 5. Iacobus Porta Imolenſ. conſ. 3. num. 28. lib. 1. quos allegat Farin. vbi ſupra, & licet proteſtatio cõſeruet, ex ſui viribus, ius quod proteſtãti competit, Dec. conſ. 516. num. 19. Achiles de Graſſis deciſ. 423. Veral deciſ. 403. par. 1. Puteus deciſ. 218. lib. 2. & pro appellatione ſit, & plus proſit, quàm appellatio ipſa c. cum M. vbi glo. verbo ſine præiudicio, de conſtitut. c. ſi iuſtus metus appell. c. Cumana 50. de elect. vbi glo. l. in omnibus, vbi gloſ. 1. & glo. margin. de reg. iur. l. cum quidam de appell. l. fin. C. de his, qui per metũ Iud. l. cum appellare, C. de filijs familias, & non obſtante, DD. præallegati c. ad præſentiam de appell. vbi glo. fin., c. præterea, & per totum titulum, & termino nondum lapſo (prout ex computatione horarum patet, nam die tertia noctu citantur) ni diurnis nocturnas horas, in quibus ius nõ redditur nec reddi poteſt, continuemus, quinta eiuſdem menſis excommunicationis ſententiam de facto protulit; die Dominica in Dei ſolius honorem, Decalogi præcepto ſanctificata, & ab omni iudiciorũ ſtrepitu immuni, tit. 1. ff. C. & Decretal. de ferijs, 1. exodi. 16. deuter. 5. Hierem. 17. Iſai. 56. Cõcilijs Taraconẽſi, & Epheſino c. 1. c. 2. & per tot. 15. q. 4 c. 1. cum ſeq. de cenſur. diſtin. 3. Clement. ſæpe de verb. ſign. Diuus Thomas q. 122. art. 4. Soarez de relig. c. 30. c. 31. Filiuc. moral. tract. 27. cap. 10. Cumulantur, & aliæ per plures lethales nullitates, nam copiam ſentẽtiæ requiſitus denegauit, & interpoſitæ appellationi ab aſſerta

ſententia

sententia (quam verbaliter asseruit subscriptam, dum interponeretur die quinta appellatio, vt violentiam honesto suo videri titulo quasi variandi excusaret §. qui à vero in c. dilectis filijs de appell.) nondum promulgata non detulit contra notissimi iuris terminos c. pastoralis ℱ. verum, ibi *rationabiliter promulgata*, vbi glo. & DD. & in c. peruenit per tex. ibi & *vtroq; loci*, Barbos. in collect. plures allegans, c. dilectis filijs, 55. §. quia vero, & §. fin. tit. de appell. nam à sententia hominis declaratoria facti, licet censura sit legis, datur appellatio, Abb. in c. peruenit de appell. num. 6. Nauarr. cons. 9. num. 5. & cons. 6. num. 2. & in c. cum contingat de rescrip. caus. 15. Lancell. de atten. par. 2. cap. 12. lim. 22. num. 28. Vgolinus de censuris tab. 1. cap. 21. §. 2. num. 10. Marius Alter. de censuris tom. 1. disp. 5. lib. 3. c. 3 vers. quarto dubitari, qua pendente omnia, & quæcunq; acta sunt nulla, Filiucius tract. 11. c. 4. num. 118. & c. 5. c. 3 num. 78. c. 2. num. 40 & supracitati, Felinus c. cum non ab homine num. 12. de iudicijs, ~~Lancell. de attent. c. 12. lim. 21. nu. 21.~~ Scaccia de appell. limit. 22. num. 39. Marius Alter. de censuris lib. 3. c. 1. disp. 5. litt. B. Henriquez in summa Theolog. lib. 13. de excom. c. 13. num. 2., habet enim tacitam conditionem, quæ per prius purificari debet.

Alia tandem pullulat nullitas ratione causæ falsæ, & erroneæ c. præsenti, c. solet, c. venerabilibus, ℱ. potest de sent. excom. in 6. nàm tamquam turbatores immunitatis Eccles., vigore Bullæ in Cæna Domini eos excommunicatos pronunciauit; licet verba Bullæ accipi debeant de agente de facto absque aliquo iuris fundamento, Carrocio decis. 36. num. 31. non de eo, qui ius suum tuetur legitimis iuris modis; non videtur dolo facere, qui iure suo vtitur, l. 55. de reg. iur. Oeconomum Ecclesiasticam iurisdictionem non turbare, nec Ecclesiæ bona vsurpare, ex fine, proposito, & intentione deducitur, nam propositum, & voluntas in criminibus distinguit maleficium faciet tex. in c. 1. de immunit. Eccl. Bulla Martini V. Pontificis data Calendis Maij 1451., quam refert Guido Papa q. 1. & qu. 85. Caietan. in summa verb. excommunicatio c. 31. vers. quinto & 37. Na-

uarro

uarro c.27.à num 119. Decius in authen. casu num. 18. & 20., C. de Sacrosan. Eccles. Signorolus cons. 21. n. 25. Tusc. conclus. 581. litt. S. à num. 20. Gratianus discept. 596. nu. fi. versi. quando. Polaco de potest. prælatorum nu. 249. Vrries de cognit. clericatus p. 1. num. 96. & 97. Farin. quæst. 179. à nu. 40. Bonacina de censuris in particulari disput. 1. q. 9. puncto 2. nu. 1. & 2. & puncto 3. nu. 1. & q. 10. à nu. 27. & disput. 2. q. 2. punct. 23. à nu. 3. Barbosa in c. generali nu. 1. 2. & 5. in collectanea de elect. in 6. Rol. cons. 54. à num. 10. Clar. q. 60. vers. solet nu. 15. Menoch de arbitr. cas. 354 num. 37. ex verbis diplomatis ei concessi demonstratur, ibi, *Ne Ecclesia debitis fraudetur obsequijs, ne vè illius bona, fructus, ac redditus dissipentur, aut eant in sinistrum*, & ibi, *conseruati postea consignentur futuro Archiepiscopo*. Adeo vt non solum vsurpatorem nō esse constet, verum defensorem, & brachio Regio protectorem, Cauedo decis. lusitan 74. & licet vsurparet Oeconomus fructus Ecclesiæ vacantis, secundum ea, quæ tradit Caietanus in summa verbo excommunicatio. c. 27. versiculo *tertia*. Toledo lib. 1. c. 29. nu. 5. non posset dici incurrisse censuras Bullæ in Cœna Domini ex rationibus per eos allegatis. Vlterius Oeconomum iussu Principis, cui parere tenetur, in re præcipuè, quæ sui natura non est mala, nec diuinis, nec humanis legibus aduersatur, iure excusari debuit, gl. in c. conuenientior, verbo monere 23. q. 8. Mascar. concl. 1051. Tusc. concl. 70. lit. M., est nam merus exequutor (in quo non cadit dolus) Oeconomus, Farinac. de pœn. temp. q 97. num. 44. Menoch. lib. 3. præs. 126. num. 2. Rol lib. 4. cons. 100. num. 229. Geminia. cons. 15. nu. 10. Clar. §. fin. q. 26. nu. 6. Iussus enim principalis iustificat actum Bald. l. 1. C. de Epis. & Cler. in num. 8. c. cum voluntate 54. de sent. excom. Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 55. de const. Abb. pleno consilio 63. signanter nu. 7. Maranta disp. 8. num. 25. Nec percipi potest, qua canonū, qua legum authoritate, Vicarius Sarra cum Mediolanensem, qui nec Oeconomum agnoscit, nec Mediolano excessit, nec alicui rei manum apposuit, tam graui titulo, & causa excommunicatum pronunciauerit, & cum eo Aduocatū,

Procu-

Procuratorem, & Oeconomi famulos ex quo argumentari licet, quo fundamento, quibusq; legitimis tramitibus deuentum sit ad promulgationem sententiæ excommunicationis contra dispositiones, l. ad ea 157. vbi DD. de reg. iur. Men. retin. rem. 3. à num. 314. Soarez de cens. disp. 2. sect. 4. num. 4. vers. aliud impedimentum. Hæc enim longè à legali iustitia, & naturali æquitate distant, c. sacro de sent. excom. Filiucius tract. 11. c. 2. num. 47. & tanquam contra ius facta pro infectis haberi debent, c. 64. de re iud. lib. 6. Nã & excommunicato Oeconomo liceret Aduocato, Procuratori, & alijs de familia cum eo communicare, & ei subsidia artis, in causis defendendis ministrare; nimis tyrannicum est, & Catholicos deprimere, & eisdem legitimæ deffensionis instrumenta necessaria auferre, prout & Suæ Maiestati contra omnem iuris scripti, & non scripti rationem de facto violenter, & cum scandalo Christiani orbis auferri vidẽtur.

Ex his igitur patet, non vnius, sed plurium nullitatum vitio prolatam sententiam laborare, & nulliter excommunicantem interdictum esse ab Ecclesia Dei, & teneri versus grauatos ad restitutionem, & redintegrationem damnorum, Vgolinus de censuris tab. 2. Sayrus de censuris lib. 2. c. 5. Soarez t. 5. disp. 13. sect. 2. Quæ ex tempore scripta fuere. Mediolani die 14. Octobris 1631.

Arias A. F.